www.e-rara.ch

Lexicon alchemiae sive dictionarium alchemisticum, cum obscuriorum verborum, & rerum hermeticarum, tum Theophrast-Paracelsicarum phrasium, planam explicationem continens

Ruland, Martin

[Frankfurt am Main], 1612

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-7375

Reverendissimo, atque serenissimo principi ac domino, domino Henricio Iulio, [...].

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

REVERENDISSIMO, ATQVE SERENISSIMO PRINcipi ac Domino, Domino Henrico Iulio, Poſtulato Epiſcopo Halberſtadienſi, Duci Brunſuicenſi ac Lunæburgenſi, Domino ſuo ſubiectiſſima mente colendo,

S. P.

IN Hermeticis & Theophraſticis libris verſaturis, Sereniſſime Princeps, id propemodum euenit: quod olim Semi filiis turrim Babylonicam ædificaturis. Hi enim, dum inani gloria ducti, vaſtam molem, ad cœlos vſque erigere, temerario auſu conabantur, immor-

talitatem nominis inde conſecuturi, ab incepto Opere linguarum barbaricarum multitudine atque confuſione perturbati, turpiter abſiſtere coacti ſunt. Illi vero, verborum paſſim occurrentium obſcuritate, & hieroglyphicorum difficultate deterriti, animum partim deſpondent, artem nobiliſſimam ſuíq; deque habentes: partim pro virili penetrare in verborum rerumque myſteria annitentes, veritatem inuolucris obtectam denſis eruere ſtudent, ſed tãtum lectione laborioſa iſta percipientes fructus, quantum gloriæ Semi progenies ex laboribus ædificii præuaſti retulerant, oleum & operam perdentes. Quo vtriſque auxilio eſſem, & Hermeticorum libri nõ modo diligentius legerentur, ſed & intelligerentur, atque ſic Ars Alchemiæ diuina felicius tractaretur: Lexicon hoc Alchemiæ olim congeſtum abs me, iam vero adauctum publicare volui, & S.C.V. dedicatum: quod ea nõ ſolum linguarum politiorum, atque artium inſigniorum cognitione, aliis omnib. Princi-

pibus

pibus excellenter emineat, ſed & Artis Chymicæ ſtudioſiſſima, intelligentiſſimaque cotidie magiſteria ſua ſingulari induſtria, & manu artificioſa promat ipſamet. Quare merito V. C. S. hoc Opuſculum conſecrandũ duxi, certo ſciens, magnitudine eruditionis & Illuſtriſſimi nominis veſtri nõ parum fulgoris ipſi acceſſurum. vtque ſubiectiſſimæ obſeruantiæ in C. V. S. monumẽtum aliquod exſtaret, ad exornandum tuendumque Opuſculum plurimum profuturum. Valeas Sereniſſime & eruditiſſime Princeps, & me meoſque tibi commendatos habe, Pragæ 20. Aprilis, Anno, 1611.

S. C. V:
humilima ſubiectione
colens

Martinus Rulandus D.